

s alieni exercitum eius. & extranei ingre-
 s diebantur. postea eius. & super hierusa-
 s lem mittebant sothem. tu quoque eras
 s quasi unus ex eis. Lxx. Propter inter-
 s fectionem & impietatem aduersum fra-
 s trem tuum iacob operis tui confusio &
 s auferetur in aeternum. Ex die qua re-
 s stitisti contra contra in die cum cape-
 s rent alienigenae fortitudinem eius.
 s & alieni ingressi sunt portas eius. & su-
 s p hierusalem miserunt sothem & uos
 s eratis quasi unus ex eis. **I**dem in-
 teribit uir de monte esau & peribit sa-
 pientia dei dumea & prudentia demon-
 te esau. Quia interfecisti germanum
 & inique egisti contra fratrem tuum
 iacob. quando chaldeis babilonisq;
 uastantibus hierusalem. & obsidenti-
 bus ciuitatem. & ingredientibus por-
 tas eius. mittentibusque sothem in
 diuisione praedarum. Tu eorum soci-
 us eras. & in hostium numero uersa-
 baris. **A**liis; cuncta quae supra
 scripta sunt. patiens o domo cru-
 ente. terrena. crudelis. quia falsa
 motuifera quae doctrina & aduersum
 dm impietate loquente occidisti fra-
 trem tuum iacob; Legimus in salomo-
 ne. Sunt qui loquuntur. & interficiunt
 gladio. Et in alio loco. uenenum aspi-
 dum sublabitur eorum & lingua eorum

gladius acutus; Operis tui ergo confu-
 sio & dices confusio uultus mei operum
 me. ac peribit non ad breue tempus sed
 in aeternum. Aeterno enim quantum
 in te fuit fratrem uulnere percussis-
 ti. sed & haec erit causa cruciatu; na
 quando alieni deuastabant exercitum
 iacob. & ingrediebantur per portas eius
 in pacificam quondam hierusalem. mit-
 tebantque sothem ut eius tibi spolia diuide-
 rent. tu unus eras ex hostibus; Legimus.
 uidemus. cottiche comprobamur. quan-
 do persecutio contra ecclesiam incipit.
 multo peiores p seculares iudeos & he-
 reticos in xpianos fieri quam
 & hnicor; possimus ex-
 traneos
 ingredientibus portas hierusalem
 doctric moys id est cogitationes pessimi-
 ma dicere. Portasque hierusalem id
 est animae quiescentis & uidentis dm
 quinque sensus interpretari. p quos
 introeant hostes & spolia diuidant hierusalem;
 Si uiderimus mulierem ad
 concupiscendum. mors ingressa est p
 fenestras nostras. Si susceperimus p
 aures mendacium ac iudicium sanguinis.
 per aliam portam hostis ingressus
 est; Odoratus quoque gustus & tactus.
 si uel uariis odoribus. uel dulcibus cibis.
 uel amplexibus delicatis captus fuerit.
 per aliam portas ingressi sunt aduersarij